IOHANNES DE TURRECREMATA

Süddeutscher Raum, 1477 Seite 37r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



Ps 37 In quo est vox xpi hominis de passione et resurrectione sua

AD te domine sancte pater ex magno affectu clamabo auxilium tuum invocabo ne sileas a me cum te deprecatus fuero subtrahendo michi beneficium resurrectionis et ne taceas deserendo me totaliter in passione alias similis essem aliis hominibus descendentibus in lacum inferni sicut inimici existimant

Quod ne fiat Exaudi vocem deprecationis mee dum oro ad te pro totius mundi salute dum extollo manus meas in cruce ad templum sanctum tuum quod est etiam tibi constructa per passionem meam

Exaudi me domine Ne simul tradas me in mortem cum peccatoribus simul .i. causa simili qua alii traduntur .s. pro peccatis suis et ne perdas me cum operantibus iniquitatem eo fine et intencione qua illi me tradent ut .s. nomen meum deleant et extinguant

Qui .s. iudei inimici mei pacem dolose loquuntur michi proximo suo secundum carnem et pro eis impensam multiplicem miam dicentes scimus quod a deo venisti magister et viam dei in veritate doces si licet censum dari cesari mala autem in cordibus eorum quia mala interrogatione interrogant ut .s. captum in verbis reprehendere possent

Quibus dabis retribucionem condignam secundum opera mala illorum que michi intulerunt flagellantes et conspuentes et occidentes et secundum nequiciam adinuencionum ipsorum quibus fla adinuenebant contra me dicentes me seductorem demoniacum et huiusmodi retribue illis

Quamuis ex passione mea sequatur utilitas toto humano generi ad salutem Tribue tamen illis mercedem secundum voluntatem malam et intencionem operum ipsorum et sic ipsi